

## Intonent Hodie

Paul Kelly

Intonent hodie voces ecclesie  
Dies letitie  
Refulsit in mundo ergo letabundo  
Corde jubilemo et ore jucundo

Sanctus hic inclitus domino subditus  
In cunis positus  
Ubera vitabat, corpus macerabat  
Et ter in sabbato puer jejunabat

Parenti misero submerso puero  
Mari pestifero  
Dedit quod petivit, preces exaudivit  
Submersum puerum patris custodivit

Tribus virginibus victu carentibus  
(Auri egentibus)  
Reddidit honorem, subtraxit errorem  
Reddens virginibus virgineum florem